Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



nos iam similitudinem mortis eius in bap
tismo accepimus. similitudinem quoque carnis et
sanguinis eius sumamus ita ut ueritas non
desit in sacramento et ridiculum fiat a paga
nis quod cruorem occisi hominis bibamus.
Credendum est quod in uerbo xpi sacramen
ta conficiantur. cuius potencia creantur. pri
us itaque uerbo ad melius procreantur. Tu.
Reliqua omnia que sacerdos dicit. aut
clerus chori canit nichil aliud quam laudes
et gratiarum actiones sunt. aut certe obse
crationes et fidelium peticiones. Omnia quecumque
uoluit dominus fecit in celo et in terra et quia
uoluit sic factum est. Ita licet panis figura
et uini videatur nichil tamen aliud quam
caro xpi. et sanguis post consecrationem cre
denda sunt. Unde ipsa ueritas ad discipulos.
Hec inquid caro mea est pro mundi vita. Et
ut mirabilius loquar non alia plane quam
que nata sunt de maria et passa in cruce
et resurrexit de sepulchro Nec inquam
ipsa est. et ideo xpi caro est que pro mundi
vita adhec offertur. Et cum digne percipitur

29.
(264.)